nituisses, & in illa urbe litterarum scientia adstipulante
laudaris, mei quoque desiderii adiumenta praeconii. adcessit (acces)
sit tibi fructus diligentiae meae, & si nulla tribuuntur rusti
citatis ornamenta testimonii; Liberius dictata tua cum facundissi
mis praedico, cum quibus sententiam meam ut bonorum dicta
societate coniungo. proximum est ut non diuidantur meritis,
qui in qualibet iudicatione consentiunt unus est. Nec enim procul
euagatur ab arce sublimium, qui ad hoc quod illi pronuntiant,
non dispari admiratione concordat. Ad epistolae tuae
tamen dictionisque mella me refero, cuius sic est blanda depre
sentiendi & tenentiae praefectio, ut non subtrahatur uirtus
& genius desiturae constitit concinnatibus latiaris elocutio;
dum per alueum suum Romanae eloquentiae unda praelabitur.
adque se porrigit uix comprehendit aestimatio quid maxi
mus ad paris (apparescit) & inferibus. In matutina luce meridiano ful
gore rutilasti. tueatur circaque caelestis gratia munus suum,
& ut frequentibus amantem epistolarum commerciis salus
nostra xps inspiret. · finit ·

IN BASTERNA UXORIS BASSI UIOLAS ·

Quam uagu constantem retinent haec tecta decorem,
mittitur ad omnia quicquid habent pretii.
Nam rutilat fuluum uiolae de luce metallum,
possessor radios spargit ubique suos.

EPETAFIUM · EUFIMIAE (Euphemiae) ·

Obruit haec tumulus uiuet post funera factis,
quae mortale nihil moribus inseruit.
Eufrimia (Euphemia) tuus tellus conplectitur artus,
sed mens est niueis quam bene iuncta choris.
Occidit extinctum sors tunc durissima seruit,
cum superet factum nescia uita mali.
Haec thalamis fecunda fuit, uiduata pudori,
exemplis natam fecit amare dm (deum);

· finit ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0324